



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

ix. De subplenda neglege[n]tia prelatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

deat, impedimento esto.

Eum quoque, qui literis super prouisione sua ^{13. Veniēs} in ecclesia impetratis capituli gratiæ sese commiserit, nemo propterea iuri sibi ex ipsis literis competenti renunciasse putato.

Nec si erit ab exequutore mandati apostolici ^{7. Sanē.} in eadē ecclesia institutus, & literis redditis capituli misericordiæ se subiecit, vnde misericordiam debuit impetrare, dispendium sustineto.

Immo qui subditos à subiectione sibi debita ^{14. Lecta} absoluit, regimini ecclesiæ ob id renunciasse ne existumator.

Et generaliter quòd quis beneficium, quo sustentari debet sine magna causa sponte renūciarit, nemini verisimile esto. Vnde si cui beneficium reposcenti, quòd id sponte abiurassit, exceptio obponetur: ea sine causæ cognitione ne admittitor. Causa resignationis diligēter anquiritor. ea si probabilis erit, nec vi, metu, obpressione, interuentu pecuniæ, promissione extorta: exceptio admittitor. Iuramentum interuenisse si dicetur: id iudici quasi à malo profectū suspectum esto. Si qua contra exceptionem replicatio canonica obiicietur: eius, qui spontaneam renūciationem implicitè replicando inficietur, super adsertione sua, habito ad dignitatem & opinionem respectu, probationes admittuntor.

De subplenda negligentia prælatorum. Tit. 9.

Si qua in ecclesiis ordinandis, eorum, ad quos spectat, negligentia erit: sic subpletor.

De subplenda negligentia Prælat.

- 1. Statu-**
miss. Qui substitutus erit monachorum abbas, si eum episcopus tertium requisitus benedicere recusasset: monachos proprios nihilominus benedicito, alia, quæ ad officium suum pertinent, liberè exerceto.
- 2. Sicut.** Monachi autem & regulareis canonici ecclesias ad eorum præsentationem pertinentes propriis vsibus ne deputanto. ad eas, cum vacabunt personas vocato. vicarios in ipsis pro sua voluntate neque instituunt, nec destituunt. admissos pensionibus ne oneranto. quominus ecclesie deferuire, & in episcopalibus episcopo respondere, ac hospitalitatem exercere possient, ne faciunt. Si in aliquo horum excessint: episcopus loci, nisi ab eius iurisdictione exemptæ erunt ecclesie, emendato. ni intra tempus Lateranensis concilii personæ idoneæ ad vacantes ecclesias olli presentatæ erunt: rectores adpell. remota in ipsis ordinato. Ex hoc nullum patronis in posterum præiudicium generator.
- 4. Lite-**
ras. Qui post lapsum temporis à prædicto Lateranensi concilio constituti instituendi iure privati erunt, omnino personas in vacantibus ecclesiis instituere ne valento. si tamen idoneæ institutæ erunt: superiori, si volet, ipsas tolerare liceto.
- 5. Dilecto** Sin nolet: etsi adpellatio interposita fiet, quod ad eum deuoluta potestate fecerit ratum esto.
- 3. Licet.** Eorum verò, qui superiorem non habebunt, negligentiam pontifex summus subpleto. tempus semestre conferendis beneficiis præfixum non à vacatione, sed à noticia computator.

De tem.